ARQUIVO DA UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1566

União de Santa Marinha do Zezere
Bula de confirmação de Pio V.

Gav. 5-B - Maço 1-N.º 24

[P]ius episcopus servus servorum dei [V]enerabili fratri [E]piscopo [L]amecen et dilectis filiis [B]racharen ac [C]olumbrien [O]fficialibus [S]alutem [...] [H]odie a nobis emanarunt litterae tenoris subsequentis [P]ius episcopus servus servorum dei

ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit et convenit honestati ut ea que de Romani Pontificis gratia processerunt licet eius superveniente obitu littere apostolice super illis confecte non fuerint suum debitum consequantur effectum. Dudum siquidem felicis recordationis Julio pp. iii. predecessori nostro dilectus filius noster tunc eiusdem predecessoris Henricus tituli sanctorum Quatuor Coronatorum presbyter Cardinalis Infans Portugallie nuncupatus suo et dilectorum filiorum Rectoris et Collegialium Collegii scholarium Elboren nominibus [illegible] in partibus illis Apostolice Sedis Nuncius eidem Henrico Cardinali Collegium cum Capella sub invocatione sancti Spiritus in universitate studii generalis Columbrien quod sua impensa construi et edificari facere ceperat cum humili campanili et campana si illi videretur perfici faciendi licentiam concesserat et ipsum Collegium cum capella huiusmodi pro uno Rectore et uno Capellano ac duodecim seu pluribus aut paucioribus scholaribus et collegialibus clericis seu laicis erexerat et instituerat ac illi pro eius dote ac onerum illi pro tempore incumbentium supportatione necnon Rectoris Capellani et Collegialium predictorum manutentione sustentatione et alimonia parrochialem ecclesiam Abbatiam nuncupatam sancte Marine de Zezere Portugallen dioc. tunc per liberam resignationem dilecti filii Gasparis Fernandi olim ipsius ecclesie Rectoris Abbatis nuncupati de illa quam tunc obtinebat in manibus dicti Aloysii Episcopi et Nuncii extra Romanam curiam sponte facta et per eundem Aloysium Episcopum et Nuncium habentem ad id et infrascripta ut asserebat a dicta sede specialem per eius litteras facultatem extra dictam Curiam admissam vacantem usque ad triginta annos ex tunc computandos duntaxat ita quod interim Rectori pro tempore existenti ipsius Collegii Columbrien due Gaspari vero quoad viveret et post eius cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem vel amissionem dicte ecclesie pro tempore existenti eiusdem ecclesie vicario perpetuo per Abbatem et Priorem pro tempore existentes ac dilectos filios Conventum Monasterii sancti Salvatoris de Travanca ordinis sancti Benedicti dicte dioc. [...] presentatio persone idonee ad ipsam ecclesiam dum pro tempore vacabat per loci ordinarium ad presentationem huiusmodi instituende de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine asserebatur pertinere pro tempore presentato et per eundem ordinarium in perpetuum vicarium dicte ecclesie instituto tertia partes omnium et singulorum fructuum redituum proventuum iurium obventionum emolumentorum et anniversariorum ipsius ecclesie per se vel alium seu alios eorum nominibus propria auctoritate iuxta providam Henrici Cardinalis desuper faciendam ordinationem percipere exigere et levare ac in eorum usus et utilitatem convertere liceret et tam Gaspar quam pro tempore existens vicarius prefati omnia et singula eidem ecclesie incumbentia onera perferre omnino tenerentur Abbatis Prioris et Conventus predictorum ad id expresso accedente consensu dicte facultatis vigore univerat annexuerat et incorporaverat. Et deinde dilectus filius noster tunc suus Joannes tituli sancti Vitalis presbyter Cardinalis tunc in minoribus constitutus etiam in eisdem partibus dicte sedis Nuncius etiam habens ad id ut asserebat ab eadem sede specialem per alias illius litteras facultatem illius vigore eidem Henrico Cardinali ut primodictum Collegium tunc in Civitate Elboren construi et edificari ceptum cum Capella sub invocatione predicta ac campanili humili et campana si sibi videretur perfici faciendi concesserat facultatem ac dictum Collegium Columbrien cum illius Capella et predicta ac aliis unionibus annexionibus incorporationibus applicationibus appropriationibus necnon bonis mobilibus et immobilibus iuribus iurisdictionibus et pertinentiis suis universis ad primodictum Collegium in quo Rector Capellanus Capellanie et scholares seu Collegiales quindecim Clerici in sacris ordinibus constituti iuxta ipsius Henrici Cardinalis desuper faciendam ordinationem instituerentur transtulerat illiusque regimen et administrationem in spiritualibus et temporalibus eidem Henrico Cardinali plenarie committendo sibique quecumque statuta et ordinationes pro ipsius Collegii felici [illegible] licentiam et facultatem concedendo. Et cum idem Henricus Cardinalis ob uberes fructus quos dilecti filii Societatis Jesu nuncupati in ecclesia dei afferebant dictum Collegium eidem Societati donaverat prout in litteris patentibus Nunciorum predictorum et instrumento publico seu aliis scripturis forsan desuper confectis plenius dicebatur contineri. Ac in eadem expositione subiuncto quod prefatus Henricus Cardinalis primodictum Collegium sumptuosis edificiis et eminenti quodam opere construi ceptum ad illius totalem perfectionem perducere et in eo ut ipsa Civitas et sua dioc. Elboren viris literatis qui populum verbis et exemplis auctore domino salubriter instituere tenerentur abundaret quindecim dociles pauperes scholares seu clericos introducere eorumque numerum augere ac illos imbui per quinquennium in bonis moribus in Gramatica et aliis etiam sacris presertim penitentialibus canonibus ita erudiri facere intendebat quod ipsi sic eruditi in ecclesiis Civitatis et dioc. Elboren predictarum distribui et illarum animarumque populorum curam ac eorum in bonis moribus vita doctrina verbo et exemplo edificationem ac spiritualem consolationem gerere et salubriter exercere scirent possent et valerent. Cumque si huiusmodi parrochialis ecclesie unio in perpetuum extenderetur ex eo profecto ipsius Collegii Elboren perpetue manutentioni ac illius Rectoris et scholarium seu collegialium predictorum commoditatibus opportune consuleretur [illegible] prout parrochie ecclesie predicte Trecentorum ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt prefatis nominibus eidem predecessori humiliter supplicato ut unionem annexionem et incorporationem predictas pro illorum subsistentia firmiori apostolice confirmationis robur adiicere aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaretur. Idem predecessor qui sue sollicitudinis studium ad ea libenter convertebat per que locorum in quibus litterarum studia vigere noscebantur et persone in illis huiusmodi insistentes ut in suis opportunitatibus aliquod susciperent relevamen ac studium ipsum decentius continuare valerent ac ad id pia fidelium presertim Cardinalatus sublimitate fulgentium tendentia vota optatum sortirentur effectum opem et operam quantum sibi ex alto concedebatur impendebat efficaces hiis que propterea facta fuisse dicebantur ut firma perpetuo et illibata persisterent adiiciendo firmitatis prout ad divini nominis exaltationem et animarum salutem conspiciebat in domino salubriter expedire. Cumque etiam inter alia dudum antea voluerat et ordinaverat quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum [illegible] extimationem predictam etiam beneficii cui aliud uniri peteretur alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset idemque observaretur in unionibus iam factis Rectore et Collegiales seu scholares Collegii Elboren huiusmodi eorumque singulos a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existebant ad effectum infrascriptorum duntaxat consequendum absolvens et absolutos fore censens necnon Nunciorum prefatorum litterarum predictarum veriores tenores ac Collegii Elboren fructuum redituum et proventuum verum annuum valorem pro expressis habens huiusmodi supplicationibus inclinatus sub data videlicet kal. Novembris pontificatus sui Anno Secundo unionem annexionem et incorporationem predictas ac prout illas concernebant omnia et singula in eisdem litteris contenta ac inde secuta quecumque auctoritate apostolica et ex certa eius scientia approbavit et confirmavit illisque perpetue firmitatis robur adiecit ac ea omnia valida et efficacia existere suosque plenarios effectus sortiri debere sicque per quoscumque quavis auctoritate fungentes Judices et alias personas sublata eis et eorum cuilibet quavis alia iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et interpretari [illegible] Supplens omnes et singulos iuris et facti defectus si qui forsan intervenissent in eisdem ac unione annexione et incorporatione necnon omnibus et singulis in eis contentis clausulis Nunciorum prefatorum litteras ad hoc ut ipsa parrochialis ecclesia eidem Collegio Elboren modo et forma premissis perpetuo unita annexa et incorporata foret et esse censeretur ac unio annexio et incorporatio predicta dictis triginta annis elapsis perpetuo futuris temporibus durare deberet extendit et prorogavit. Et nihilominus parrochialem ecclesiam sive ut premittitur sive alio quovismodo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem resignationem dicti Gasparis vel cuiusvis alterius de illa extra dictam curiam etiam coram Notario publico et testibus sponte facta aut constitutionem pie memorie Joannis pp. xxii. etiam predecessoris sui que incipit Execrabilis vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacaret etiam si tanto tempore vacavisset quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem predictam legitime devoluta ipsaque parrochialis ecclesia dispositioni apostolice specialiter reservata existeret et super ea inter aliquos lis cuius statum dictus Julius predecessor haberi voluit pro expresso penderet indecisa dummodo ipsa die kal. Novembris non esset in ea alicui specialiter ius quesitum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis predictis modo et forma eidem Collegio Elboren auctoritate apostolica ex certa scientia premissis de novo perpetuo univit annexuit et incorporavit. Ita quod liceret Rectori et scholaribus seu Collegialibus Collegii Elboren huiusmodi per se vel alium seu alios corporalem possessionem dicte parrochialis ecclesie propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere illiusque fructus redditus et proventus in suos usus et utilitatem convertere diocesani loci aut cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita. Non obstantibus priori voluntate et ordinatione sua predictis et recolende memorie Bonifacii pp. viii. similiter predecessoris sui necnon Lateranensis concilii tunc novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohibentibus ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrassent etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet esset processum. Quas omnes litteras et processus habitos per easdem ac inde secuta quecumque idem Julius predecessor ad dictam parrochialem ecclesiam voluit non extendi sed nullum per id eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari. Et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus [illegible] existeret per que litteris ipsis Julii predecessoris si desuper confecte fuissent non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeret quomodolibet vel differri et de quibus eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda esset in eisdem litteris mentio specialis. Voluit autem dictus Julius predecessor quod propter unionem annexionem et incorporationem predictas ipsa parrochialis ecclesia debitis non fraudaretur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligeretur sed eius congrue supportarentur onera consueta. Et insuper ex tunc irritum decrevit et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem de absolutione approbatione confirmatione adiectione suppletione extensione prorogatione unione annexione incorporatione singulis decretis et voluntate Julii predecessoris huiusmodi pro eo quod super illis dicti Julii predecessoris eius superveniente obitu littere confecte non fuerunt valeat quomodolibet hesitari ac Henricus Cardinalis Rector seu administrator ac scholares seu collegiales ac presbyteri societatis huiusmodi illorum frustrentur effectu. Volumus et similiter apostolica auctoritate decernimus quod absolutio confirmatio approbatio adiectio suppletio extensio prorogatio unio annexio incorporatio singula decreta et voluntas Julii predecessoris huiusmodi perinde a dicta die kal. Novembris suum sortiantur effectum ac si super illis ipsius Julii predecessoris littere sub eiusdem diei data confecte fuissent prout superius enarratur. Ipsasque presentes litteras ad probandum plene absolutionem approbationem confirmationem adiectionem suppletionem extensionem prorogationem unionem annexionem incorporationem singula decreta et voluntatem Julii predecessoris huiusmodi ubique sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Sextodecimo kal. Februarii pontificatus nostri Anno Primo. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios litteras nostras predictas et in eis contenta quecumque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte Henrici Cardinalis et Rectoris seu administratoris ac scholarium seu Collegialium Collegii Elboren et presbyterorum Societatis huiusmodi vel alicuius eorum desuper fueritis requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciatis auctoritate nostra litteras nostras et in eis contenta huiusmodi plenum sortiri effectum et ab omnibus inviolabiliter observari. Necnon Henricum Cardinalem et Rectorem seu Administratorem ac scholares seu Collegiales et presbyteros Societatis huiusmodi omnesque et singulos quos ipse presentes littere quomodolibet concernunt illis pacifice frui et gaudere. Non permittentes quemquam desuper quomodolibet indebite molestari perturbari vel inquietari. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus omnibus supradictis. Seu si venerabili fratri nostro Episcopo Portugallen vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Sextodecimo kal. Februarii pontificatus nostri Anno Primo.

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

[illegible] ... servus servorum dei ... venerabili fratri ... Episcopo ... et dilectis filiis ... Vicario ac ... Colimbrien ... a nobis emanarunt litere tenoris subsequentis Julius episcopus servus servorum dei

ad perpetuam rei memoriam Rationi congruit et convenit honestati ut ea que de Romani Pontificis gratia processerunt licet eius superveniente obitu litere apostolice super illis confecte non fuerint suum debitum consequantur effectum Dudum siquidem felicis recordationis Julio pape iii predecessori nostro dilectus filius

noster tunc eiusdem predecessoris Henricus tituli sanctorum quatuor Coronatorum presbiter Cardinalis Infans Portugallie nuncupatus suo et dilectorum filiorum Rectoris et Collegialium Collegii scolarium Elboren nominibus [illegible] ... in partibus illis Apostolice Sedis

Nuncius eidem Henrico Cardinali Collegium cum Capella sub invocatione Sancti Spiritus in universitate studii generalis Columbrien quod sua impensa construi et edificari facere ceperat cum humili campanili et campana si illi videretur perfici faciendi licentia concesserat et ipsum Collegium cum capella huiusmodi pro

uno Rectore et uno Capellano ac duodecim seu pluribus aut paucioribus scolaribus et collegialibus clericis seu laicis erexerat et instituerat ac illi pro eius dote ac onerum illi pro tempore incumbentium supportatione necnon Rectoris Capellani et Collegialium predictorum manutentione sustentatione

et alimonia parrochialem ecclesiam Abbatia nuncupatam sancte Marine de Bezere Portugallen diocesis tunc per liberam resignationem dilecti filii Gasparis Ferdinandi olim ipsius ecclesie Rectoris Abbatis nuncupati de illa quam tunc obtinebat in manibus dicti Aloysii Episcopi et Nuncii extra Romanam curiam sponte

facta et per eundem Aloysium Episcopum et Nuncium habentem ad id et infrascripta ut asserebat a dicta sede specialem per eius literas facultatem extra dictam Curiam admissam vacantem usque ad Triginta Annos ex tunc computandos duntaxat ita quod interim Rectori pro tempore existenti ipsius Collegii Columbrien duas Gaspari

vero quoad viveret et post eius cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem vel amissionem dicte ecclesie pro tempore existenti eiusdem ecclesie vicario perpetuo per Abbatem et Priorem pro tempore existentes ac dilectos filios Conventum monasterii sancti Salvatoris de Tranancia ordinis sancti Benedicti dicte diocesis

putatis persone idonee ad ipsam ecclesiam dum pro tempore vacabat per loci ordinarium ad presentationem huiusmodi instituende de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine asserebatur pertinere pro tempore putato et per eundem ordinarium in perpetuum vicarium dicte ecclesie instituto Tertias partes omnium

et singulorum fructuum redditum proventuum iurium obventionum emolumentorum et anniversariorum ipsius ecclesie per se vel alium seu alios eorum nominibus propria auctoritate iuxta providam Henrici Cardinalis desuper faciendam ordinationem percipere exigere et levare ac in eorum usus et utilitatem convertere liceret et

tam Gaspari quam pro tempore existens vicarius prefati omnia et singula eidem ecclesie incumbentia onera perferre omnino tenerentur Abbatis Prioris et Conventus predictorum ad id expresso accedente consensu dicte facultatis vigore univerat annexuerat et incorporaverat Et deinde dilectus filius noster tunc suus

Joannes tituli sancti Vitalis presbiter Cardinalis tunc in minoribus constitutus etiam in eisdem partibus dicte sedis Nuncius etiam habens ad id ut asserebat ab eadem sede specialem per alias illius literas facultatem illius vigore eidem Henrico Cardinali ut primodictum Collegium tunc in Civitate Elboren constru

et edificari ceptum cum Capella sub invocatione predicta ac campanili humili et campana si sibi videretur perfici faciendi concesserat facultatem ac dictum Collegium Columbrien cum illius Capella et predicta ac aliis huiusmodi annexionibus incorporationibus applicationibus appropriationibus

necnon bonis mobilibus et immobilibus iuribus iurisdictionibus et pertinentiis suis universis ad primodictum Collegium in quo Rector Capellanus Capellanie et scolares seu Collegiales Quindecim Clerici in sacris ordinibus constituti iuxta ipsius Henrici Cardinalis desuper faciendam ordinationem

instituerentur transtulerat illiusque regimen et administrationem in spiritualibus et temporalibus eidem Henrico Cardinali plenarie committendo Sibique quecunque statuta et ordinationes pro ipsius Collegii felici [illegible] licitaque et faculta concedendo Et [illegible] Cardinalis ob uberes fructus

quos dilecti filii Societatis Jesu nuncupate in ecclesia dei afferebat dictum Collegium eidem Societati donaverat prout in literis patentibus Nunciorum predictorum et instrumento publico seu aliis scripturis forsan desuper confectis plenius dicebatur contineri Et in eadem expositione subiuncto quod prefatus

Henricus Cardinalis primodictum Collegium sumptuosis edificiis et eminenti quodam opere construi ceptum ad illius totalem perfectionem perducere et in eo ut ipsa Civitas et sua diocesis Elboren viris literatis qui populum verbis et exemplis auctore domino salubriter instituere tenerentur abundaret

Quindecim dociles pauperes scolares seu clericos introducere eorumque numerum augere ac illos inibi per Quinquennium in bonis moribus in Gramatica et aliis etiam sacris presertim penitentialibus canonibus ita erudiri facere intendebat quod ipsi sic eruditi in ecclesiis Civitatis et diocesis Elboren

predictarum distribui et illarum suorumque populorum curam ac eorum in bonis moribus vita doctrina verbo et exemplo edificationem ac spiritualem consolationem gerere et salubriter exercere scirent possent et valerent Et quod si huiusmodi parrochialis ecclesie huiusmodi unio perpetuum extenderetur ex eo profecto ipsius Collegii

Elboren perpetue manutentioni ac illius Rectoris et scolarium seu collegialium predictorum commoditatibus opportune consuleretur [illegible] asserebat fructus redditus et proventus parrochialis ecclesie predicte Trecentorum ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum

non excedere prefatis nominibus eidem predecessori humiliter supplicato ut huiusmodi annexioni et incorporationi predictis pro illorum subsistentia firmiori apostolice confirmationis robur adiicere aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaretur Idem predecessor qui sue solicitudinis studium

ad ea libenter convertebat per que locorum in quibus literarum studia vigere noscebantur et persone in illis huiusmodi insistentes ut in suis opportunitatibus aliquod susciperent relevamen et studium ipsum decentius continuare valerent ac ad id pia fidelium presertim Cardinalatus

sublimitate fulgentium tendentia vota optatum sortirentur effectum operam et operas quantum sibi ex alto concedebatur impendebat efficaces hiis que propterea facta fuisse dicebantur ut firma perpetuo et illibata persisterent adiiciendo firmitatem prout ad divini nominis exaltationem

et animarum salutem conspiciebat in domino salubriter expedire Quique etiam inter alia dudum antea voluerat et ordinaverat quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum [illegible] extimatione predicta etiam beneficii cui aliud uniri peteretur alioquin unio

non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset idemque observaretur in unionibus iam factis Rectorem et Collegiales seu scolares Collegii Elboren huiusmodi eorumque singulos a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis

censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existebant ad effectum infrascriptorum duntaxat consequendum absolvens et absolutos fore censens necnon Nunciorum prefatorum [illegible] literarum predictarum veriores tenores ac Collegii

Elboren fructuum redditum et proventuum verum annuum valorem pro expressis habens huiusmodi supplicationibus inclinatus sub data videlicet Kalendis Novembris pontificatus sui Anno Secundo huiusmodi unionem annexionem et incorporationem predictas ac prout illas concernebant omnia et singula

in eisdem literis contenta ac inde secuta quecunque auctoritate apostolica et ex certa eius scientia approbavit et confirmavit illisque perpetue firmitatis robur adiecit ac ea omnia valida et efficacia existere suosque plenarios effectus sortiri debere Sicque per quoscunque quavis auctoritate fungentes Judices

et alias personas sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et interpretari [illegible] debere decrevit Supplens omnes et singulos iuris et facti defectus si qui forsan intervenissent in eisdem unione annexione et incorporatione necnon omnibus

et singulis in eis contentis clausis Nunciorum prefatorum literas ad hoc ut ipsa parrochialis ecclesia eidem Collegio Elboren modo et forma premissis perpetuo unita annexa et incorporata foret et esse censeretur ac unio annexio et incorporatio predicta dictis Triginta annis elapsis perpetuo

futuris temporibus durare deberet extendit et prorogavit Et insuper parrochialem ecclesiam sive ut premittitur sive alias quovismodo aut ex alterius cuiuscunque persona seu per similem resignationem dicti Gasparis vel cuiusvis alterius de illa extra dictam curiam etiam coram Notario publico et testibus

sponte factam aut constitutionem pie memorie Joannis pape xxii etiam predecessoris nostri que incipit Execrabilis vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacaret etiam si tanto tempore vacavisset quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem predictam legitime devoluta

ipsaque parrochialis ecclesia dispositioni apostolice specialiter reservata existeret et super ea inter aliquos lis cuius statum dictus Julius predecessor haberi voluit pro expresso penderet indecisa dummodo ipsa die Kalendis Novembris non esset in ea alicui specialiter ius quesitum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis

predictis modo et forma eidem Collegio Elboren auctoritate apostolica ex certa scientia premissis de novo perpetuo univit annexuit et incorporavit Ita quod liceret Rectori et scolaribus seu Collegialibus Collegii Elboren huiusmodi per se vel alium seu alios corporalem possessionem dicte parrochialis ecclesie

propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere illiusque fructus redditus et proventus in suos usus et utilitatem convertere diocesani loci aut cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita Non obstantibus priori voluntate et ordinatione sua predictis et recolende memo-

rie Bonifacii pape viii similiter predecessoris nostri necnon Lateranensis concilii tunc novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohibentibus ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis

de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius literas impetrassent etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet esset processum Quasquidem literas et processus habitos per easdem ac inde secuta quecunque

idem Julius predecessor ad dictam parrochialem ecclesiam voluit non extendi sed nullum per id eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari Et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et literis apostolicis generalibus vel specialibus [illegible] existerent per que literis ipsius

Julii predecessoris si desuper confecte fuisset non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeret quomodolibet vel differri et de quibus eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda esset in eisdem literis mentio specialis Voluit autem dictus Julius predecessor quod propter

huiusmodi unionem annexionem et incorporationem predictas ipsa parrochialis ecclesia debitis non fraudaretur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligeretur sed eius congrue supportarentur onera consueta Et insuper ex tunc irritum decrevit et inane si secus super hiis a quoquam

quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari Ne autem de absolutione approbatione confirmatione adiectione suppletione extensione prorogatione unione annexione incorporatione singulis decretis et voluntate Julii predecessoris huiusmodi pro eo quod super illis

dicti Julii predecessoris eius superveniente obitu litere confecte non fuerunt valeat quomodolibet hesitari ac Henricus Cardinalis Rector seu administrator ac scolares seu collegiales ac presbiteri Societatis huiusmodi illorum frustrentur effectu Volumus et similiter apostolica auctoritate decernimus

quod absolutio confirmatio approbatio adiectio suppletio extensio prorogatio unio annexio incorporatio singula decreta et voluntas Julii predecessoris huiusmodi perinde a dicta die Kalendis Novembris suum sortiantur effectum ac si super illis ipsius Julii predecessoris litere sub eiusdem diei

data confecte fuissent prout superius enarratur Et quod presentes litere ad probandum plene absolutionem approbationem confirmationem adiectionem suppletionem extensionem prorogationem unionem annexionem incorporationem singula decreta et voluntatem Julii predecessoris huiusmodi ubique suffi-

ciant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum

eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Sextodecimo kalendas februarii pontificatus nostri Anno Primo Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo

aut unus vestrum per vos vel alium seu alios literas nostras predictas et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quoties pro parte Henrici Cardinalis et Rectoris seu administratoris ac scolarium seu Collegialium Collegii Elboren et presbiterorum Societatis

huiusmodi vel alicuius eorum desuper fueritis requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciatis auctoritate nostra literas nostras et in eis contenta huiusmodi plenum sortiri effectum et ab omnibus inviolabiliter observari Necnon

Henricum Cardinalem et Rectorem seu Administratorem ac scolares seu Collegiales et presbiteros Societatis huiusmodi omnesque et singulos quos ipse presentes litere quomodolibet concernunt illis pacifice frui et gaudere Non permittentes quemquam desuper quomodolibet indebite molestari

perturbari vel inquietari Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Non obstantibus omnibus supradictis Seu si venerabili fratri nostro Episcopo Portugallen vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi

vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Sextodecimo kalendas februarii pontificatus nostri Anno Primo

x
x
O. Cittad.
M. Cumyn

Ja. Barengus
Jo. Ang. Cucc[illegible]
[illegible]

Jo. Pau. Cazzanus
[illegible]

Executorial da

4ª Bulla do Papa pio quinto em q̃ concede a Compª imperpetuum o Collegio q̃ o Cardeal dom Anriqz fazia em Euora com a ygreia do Zezere q̃ lhe estaua unida

Collegio da Companhia de JESUS do Espirito Santo de Evora.
pª se lhe fazer observar a Bulla da uniaõ, e merce do mesmo
Collegio com as rendas, que já tinha, e a Igreja de S. Maria do Zezere

Bulla do Papa Pio 5º dada em Roma, a 17. de Janeiro do anno da Encarnaçaõ do Snr̃ de 1565., e do Nascimento 1566, no 1º anno do seu Pontificado, pela qual, dirigida ao Bispo Amerinense, e ao Arcebispo de Braga, e ao Bispo de Coimbra, mandou, que fizessem observar a outra Bulla do mesmo Papa datada no dito dia e anno, da qual lhes enviava inserto o teor della, em que confirmou a graça, que seu Antecessor Julio 3º tinha feito, e por se seguir sua morte se naõ tinha passado a Bulla, da uniaõ, que, á Instancia do Snr̃ Cardeal Infante D. Henrique, e Arcebispo de Evora, tinha feito do Collegio, que o mesmo Snr̃ Cardeal Infante com licença tinha fundado sumptuozamente em Evora com o nome, e Invocaçaõ do Espirito Santo pª Clerigos, e Estudantes pobres em beneficio de sua Diocese, e pª este tinha passado, tambem com licença, as rendas, e mais pertenças do outro Collegio, que com a mesma Invocaçaõ, e destino tinha de antes principiado a edificar em Coimbra, ao qual se tinha unido a Igreja de S. Maria do Zezere, por cuja instancia se lhe uniu, e deu o dito Collegio com todas suas pertenças, e rendas aos Padres da Companhia de JESUS, e se lhes passou esta Bulla da confirmaçaõ da uniaõ, e esta pª fazer observar aquella.

– Zezere –

IMAGO PHOTOGRAPHIC
COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE
BLUE
CYAN
GREEN
YELLOW
RED
MAGENTA
WHITE
3/COLOUR
BLACK
inch
cm

IVS
PAPA
V